

7

DISSERTATIO PHYSICO-MATHEMATICA  
OBSERVATIONES HYPSOMETRICAS  
OPE BAROMETRI INSTITUTAS  
COMPUTANDI METHODUM  
SISTENS;

---

CUJUS  
PART. III;

VENIA AMPLISS. FACULTATIS PHILOSOPH.  
IN IMPERIALI ACADEMIA ABOËNSI,

PUBLICE EXAMINANDAM MODESTE PROPONUUNT

Mag. NATHAN. GERH. AF SCHULTÉN,  
*Matheseos & Physices Adjunctus,*

ET

JACOBUS STRENIUS,  
*Stip. Publ., Borea-Feno.*

In Audit. Philos. die XVIII Nov. MDCCCXVIII.

h. a. m. s.

---

A BOË, Typis FRENCKELLIANIS.

10  
SIC DILEXIT IESUS MEUM  
Sicut ego dilexi te et tibi

Habemus te in regnum dei

Et tu deo dicitur quod tu es

Qui eris in saecula saeculorum

Amendatione

tione nostrâ obvenientium aëris formium, dilatationes eorumdem a calorico considerandæ nobis deinde sunt; ubi cum necessarium demum sit ad divisionem Thermometri exhibiti particularem attendere, occasione jam data utamur observandi, in omnibus, quæ hac in opellâ sequuntur, usurpatum intelligi Thermometrum (mercurio confectum) *Centesimale*, solito modo adcurate constructum, cujusque determinatum censeatur punctum ebullitionis sub pressione normali  $0^{\circ},76$  (temperaturâ quidem hydrargyri barometrici a valore medio  $+ 10^{\circ}$ , C. non multo discrepante). Ad quantitatatem igitur primum quod attinet  $m$ , sive indicem dilatationis veræ aëris & vaporis aquæi, ejus quidem tam constantiam pro diversis temperaturis, quam valorem etiam absolutum, citatus nuper D:s *Gay-Lussac* absque dubio optime investigavit f). Magnâ scil. institutâ experimentorum copiâ, omnibusque, e quibus resultati pendere posset certitudo, exhibitis cautelis, invenit tandem:

$$m = 0,00375;$$

qui quoque valor, ut omnium exactissimus, a physicis generatim acceptus est.

Dilatationem quidem mercurii, secundum experimentera

---

f) Gilb. Annalen B. XII, p. 257 seqq., B. XXV, p. 393 seqq.; nec non: Traité de Physique par *Eit*, p. 182 seqq.

rimenta adcuratissima D:rum *Lavoisier & Laplace* adhibendam nobis duximus; unde habetur adeo:

$$v = \frac{\ell}{5412}.$$

De dilatationibus vero scalarum barometricarum  $\ell$  &  $l'$  in genere adferri nihil potest, cum ex diversæ omnino naturæ materiis confici hæ soleant: quam quoque ob caussam in formulâ infra adfrendâ numericâ omittendi sunt termini ex ipsis  $\ell$  &  $l'$  pendentes. Silentio autem prætereundus non videtur casus huc spectans omnino vulgaris, quo unicum tantum adhibetur Barometrum, scalâ longâ orichalceâ munitum; qua in hypothesi habetur  $\ell = \ell'$ , nec non, secundum experimenta D:rum *Lavoisier & Laplace*,  $\ell = l' = 0,00001878$ .

Ad determinationem ipsius  $\left(\frac{\Pi - E}{\Pi + E}\right)$  maxime probabilem jamjam attendendum nobis est. Quam quidem facillime colligere licet ex æquatione sequenti, in theoriâ figuræ telluris notissimâ:

$$\frac{\Pi - E}{E} = 0,00865 - \varepsilon;$$

denotante nimirum  $\varepsilon$  Ellipticitatem telluris, sive rationem inter differentiam illius axium axemque ma-

majorem g). Cum plures scil. suadeant rationes ad quantitatem  $\epsilon = \frac{I}{305}$  quam proxime assumendum h), prodire hinc statim videmus:

$$\frac{\Pi - E}{\Pi + E} \left( = \frac{\frac{E}{\Pi - E}}{\frac{E}{\Pi - E} + 2} = \frac{0,00865 - \epsilon}{0,00865 - \epsilon + 2} \right) = 0,002678;$$

ad quem utique valorem in sequentibus subsistimus.

Restat jam tantum determinatio numerica radii telluris medii seu  $a$ : in quo quidem definiendo cum valor quicunque inter semiaxes tantum telluris cadens absque errore sensibili adhiberi queat, adcurate satis pro  $a$  assumere possumus radium circuli, peripheriae  $40000000^m$ ; unde colligitur adeo:

$$a = 6366198^m;$$

quo

g) Vide v. gr. Mechanik des Himmels, von P. S. Laplace, übers. von J. C. Burckhardt, Berlin 1800, Th. 2, p. 121.

h) Cfr. Expos. des opérations faites en Lapponie pour la détermination d'un arc du méridien, par J. Svanberg, Stockholm 1805, Disc. prél. p. XXVII; nec non: Diss. Acad. de Figura telluris ope pendulorum determinanda, Præs. Mag. G. G. Hällström, Resp. J. G. Bonsdorff, P. VI, p. 8 seqq.

quo etiam uti vidimus valore plures Mathemati-  
cos Gallicos.

Substitutis igitur in allatâ supra expressione  
(4) valoribus omnibus numericis hac in §. proposi-  
tis, prodire videmus valorem sequentem altitudi-  
nis quæsitæ  $h$ , in metris Gallicis expressum (quâ in  
mensurâ datam etiam ponimus quantitatem in for-  
mulâ occurrentem  $h'$ ):

$$\begin{aligned}
 h &= 18316,53 \cdot (1 + 0,000000314 h' + \&c.) \cdot (1 + 0,002678 \cos 2\lambda \\
 &\quad + \&c.) \cdot \left( L \cdot \left( \frac{b}{b'} \right) - 0,00008 (s - s') + \&c. \right) \cdot \left( 1 + 0,001875 \right. \\
 &\quad \left. (g + g') + 0,1875 \left( \frac{t}{b} + \frac{t'}{b'} \right) + \&c. + 0,002499 \left( 1 + \right. \right. \\
 &\quad \left. \left. 1,151 L \cdot \left( \frac{b}{b'} \right) + \&c. \right) + \&c. \right), \\
 &= 18316,53 \cdot (1 + 0,000000314 h') \cdot (1 + 0,002678 \cos 2\lambda) \cdot \\
 &\quad \left( L \cdot \left( \frac{b}{b'} \right) - 0,00008 (s - s') \right) \cdot \left( 1,002499 + 0,001875 (g + g') \right. \\
 &\quad \left. + 0,1875 \left( \frac{t}{b} + \frac{t'}{b'} \right) + 0,00288 L \cdot \left( \frac{b}{b'} \right) \right) i, \\
 &= 18362,3 .
 \end{aligned}$$

i) Quo finitam scilicet, quantum fieri possit, concinnam ipsius  $h$  expressionem adipiscamur, terminorum omnium signa ( $\&c.$ ) definitorum nullam habebimus rationem, cum secundi tantum sint ordinis hincque minimi omnino momenti (sic e. gr. terminus, quem in allatâ p. 14 formulâ ingrediatur  $n^2$ , quique omnium est maximus, in casibus tantum

$$= 18362,3 \cdot (1 + 0,000000314 h') \cdot (1 + 0,002678 \cos^2 \lambda) \cdot$$

$$(1 + 0,00187032 \left( g + g' + 100 \left( \frac{t}{b} + \frac{t'}{b'} \right) + 1,5 L \left( \frac{b}{b'} \right) \right)) \cdot$$

$$\left( L \cdot \left( \frac{b}{b'} \right) - 0,00008 (s - s') \right) : \dots \quad (5);$$

quæ *finalis* igitur illa est, ad quam hac in opellâ subsistemus, formula hypsometrica k).

### §. V.

Allatam in §. superiori formulam (5) tensiones  $t$  &  $t'$  vaporis aquei ad utrumque observationum locum continere videmus; quas igitur per operationem quamdam hygrometricam, ad utramque stationem instituendam, cognitas assumimus. Faten-  
dum

---

extremis ad  $\frac{1}{1000}$  ipsius  $h$  assurgere potest), prætereaque etiam diversorum habeantur signorum: unde cum erroribus ipsarum hypothesium confundi rede censi possunt.

k) Formulam quidem (5) ejusmodi spectare patet metrum Gallicum, quod in experimentis Dr:um *Biot & Arago*, p. 31 citatis, adhibitum fuerit. Ne vago igitur stet fundamento unitas formulæ nostræ, pro quolibet experimentorum memoratorum reductam fuisse assumimus scalam barometricam ad temperaturam, qua *vera* indicaverit ejus di-  
visio metra (etsi fateri simul cogimur, hujusmodi reductio-  
nem silentio omnino præterisse Cls: experimentorum  
Auctores).

dum quidem est, methodo quadam hujusmodi instituendi operationes adcuratā simul & commodā adhuc nos carere; incerta scil. in genere valde habenda esse scimus Hygrometra ex actione humiditatis in corpus quoddam organicum pendentia (quale est e. gr. *Hygrometrum illud D:i de Saussure*, a phycicis frequenter adhibitum), neque impræsentiarum saltem multo videntur meliores quæ evaporatione nituntur aquæ methodi hygrometricæ (quam utique spectare novimus e. gr. instrumentum notum *D:i Leslie*): quodque denique operationem illam attinet *Daltonianam*, certioribus sane principiis nixam, operosam eam nimis & incommodam censendam esse, negari non potest. Sperare tamen licet, futura physicorum conamina, vestigiis præsertim *D:i Dalton* insistentium, defectum hunc aliquando sublatura: neque contemnenda sane nobis videntur tentamenta hoc spectantia a Cels: *Berzelio* 1) atque *Soldner* m) jamjam facta. Hæc vero utcumque se habeant, vel jam etiam insignis nobis habendos esse usūs terminos formulæ (5) ex ipsis *t* & *t'* pendentes, facile videbitur: optimam scil.

1) *Afhandlingar i Fysik, Kemi och Mineralogi*, af *W. Hisinger* och *J. Berzelius*, Stockh. 1807, 2 Delen p. 35 seqq.

m) *Gilb. Annalen*, B. XXXII, p. 219 seqq.

scil. nobis præbent methodum, effectum humiditatis vel in eo casu corrigendi, cum ad observatio-nes hypsometricas directæ non adhibitæ sint opera-tiones hygrometricæ (quales esse novimus institutas hucusque omnes ope Barometri altitudinum men-surationes); quam utique sequentem putamus. Do-cente nimirum experientiâ tensiones vaporis aquei  $t$  &  $t'$  omnes sane habere posse valores, a zero usque ad nota illa pro temperaturâ quâlibet *maxima*, ex-perimentis *Daltonianis* omnino determinata, pro probabilitibus quidem maxime harum tensionum va-loribus (cum directis scil. investigati non sint ex-perimentis) in genere habenda videntur *dimidiâ* hujusmodi maximorum, ad temperaturas scil. aëris  $g$  &  $g'$  pertinentium n). In sequentibus igitur for-mulam nostram (5) adcommodari bene videbimus casibus, ubi directæ desunt operationes hygrome-tricæ, sumendis tantum pro  $t$  &  $t'$  dimidiis valo-ribus

---

n) Cujus quidem determinationis probabilitatem generalem non infringi observamus, si vel interdum, ob situm loci cuius-dam particularem, vel peculiarem in dato loco cœli ratio-nem, memoratum jam medium quoddammodo videretur er-oneum. Notari scil. convenit, vel has ipsas diversas cir-cumstantias, quæ æquali omnino gaudent probabilitate, dum de universalis agitur humiditatis determinatione, ad pro-positam nuper methodum necessario ducere.

ribus formulæ sequentis, experimenta Dñi Dalton exæcte satis definiens:

$$\psi = 0^m.76 \cdot 10 \quad A(100-\gamma) + B(100-\gamma)^2 + C(100-\gamma)^3 \quad (6),$$

denotante scil.  $\psi$  elasticitatem vaporis aquæ in maximo pro temperaturâ  $\gamma$ , altitudine mercuriali in metris æstimata Gallicis expressam (ubi scil. temperaturæ hydrargyri visque gravitatis acceleratricis exæcta opus non est determinatione, ob experimentorum, quibus ipsa nititur formula, errores inevitabiles), designantibusque brevitatis ergo  $A$ ,  $B$ ,  $C$  respectivæ numeros sequentes:

$$— 0,01537279, — 0,0000673199, + 0,00000003374 \text{ o);}$$

cujus quidem formulæ, pro casu quolibet speciali nimis absque dubio prolixæ, usum infra multo reddemus faciliorem, adferendo tabellam valorum ejus particularium pro solitis aëris temperaturis computatam. Infitas tamen eundum non est, allatam jam rationem ad humiditatem aëris medium respiciendi tantâ non gaudere simplicitate, ac ea, quæ in formulâ adhibetur Celi Laplace, ubi indicem dilatationis aëris ex 0,00375 in 0,004 tantum mutari novimus: cum concedendum vero simul videatur, methodum heic propositam, strictis nimirum theoriæ principiis nixam, quodammodo ha-

o) Vide: *Traité de Physique*, par *Biot*, T. I, p. 277.

haberi adcuratiorem, auctam calculi longitudinem  
excusabilem hinc facile credimus p).

## F

## §. VI.

p) Ex hoc usque atlatis probari facile posse videtur, quæ necessitatē correctionum hygrometricarum respicientia supra p. 21 proposuimus. Harum scil. correctionum in resultata hypsometrica effectum, partibus expressum altitudinis, exadē satis definiri patet formulā:

$$\frac{0,187032 \cdot \left( \frac{t}{b} + \frac{t'}{b'} \right)}{1 + 0,00187032 \cdot (g + g')}$$

quæ, pro particulari quidem casu:

$$\frac{t}{b} = \frac{t'}{b'}, g = g', b = 0^m,76,$$

$$t = \frac{1}{2} \cdot 0^m,76, \quad 10 A(100-g) + B(100-g)^2 + C(100-g)^3$$

(eius heic consideratione rem abunde illustrari perspicitur), in hanc abit:

$$\zeta = \frac{0,187032 \cdot 10 A(100-g) + B(100-g)^2 + C(100-g)^3}{1 + 0,00187032 \cdot g}.$$

Hujus utique expressionis speciales adferre juvat vales sequentes:

$$g = -20, -10, 0, 10, 20, 30, 40,$$

$$\zeta = \frac{1}{2820}, \frac{1}{1487}, \frac{1}{803}, \frac{1}{445}, \frac{1}{252}, \frac{1}{147}, \frac{1}{88};$$

quos quidem, effectum nimirum humiditatis mediae pro-

## §. VI.

Indicatā in §. praecedente methodo maxime probabili formulam principalem (5) ad institutas huc usque mensurationes altitudinum barometricas accommodandi, idoneum sane nobis videtur, breves quasdam attulisse tabellas, computationem formulæ memoratæ facillimam reddentes, cum facilitatis scil. quoque practicæ hujusmodi in methodis ratio jure habeatur maxima. Cujusmodi quidem tabularum hypsometricarum cum duplex præcipue genus proponi soleat, prout vel facilior tantum calculus, tabularum ope logarithmicarum ceterum instituendus, respicitur, vel usus ipse vitatur tabularum istarum logarithmicarum: utriusque jam generis tabellis infra adferendis lectorum consulere commodo conabimur. Quas igitur sequentes habes, pertinentibus utique quattuor prioribus ad genus nuper memoratum prius, quattuor autem posterioribus ad citatum posterius.

Tab. I.

---

diversis temperaturis indicantes, luculenter probare putamus, quando aliqua queritur exactitudo non solum negligendam omnino numquam esse rationem humiditatis mediæ, hygrometro ad observationes hypsometricas non exhibito, sed etiam, pro majoribus caloris gradibus, hujusce usum instrumenti nequaquam habendum esse supervacaneum.

Tab. I.		D.	— 15	4. 25157	83,2	10	109	1,8		
$a_1$	$b_1$	— 20	+ 7	+ 0,6	— 10	4. 25573	82,4	15	100	2,2
— 10	13	1,2	5	4. 25985	81,6	20	89	2,8		
0	25	2,0	0	4. 26393	80,8	25	75	3,4		
5	35	2,4	5	4. 26797	80,2	30	58	3,6		
10	47	3,4	10	4. 27198	79,2	35	40	4,0		
15	64	4,6	15	4. 27594	78,8	40	20	4,0		
20	87	5,6	20	4. 27988	77,8	45	0	4,0		
25	115	7,6	30	4. 28377	77,4	50	— 20	4,0		
30	153	9,8	35	4. 28764	76,6	55	— 40	3,6		
35	202	12,6	40	4. 29147	75,8	60	— 58	3,4		
40	265	15,8	45	4. 29526	75,2	65	— 75	2,8		
45	344		50	4. 29902	74,6	70	— 89	2,2		
			55	4. 30275	74,0	75	— 100	1,8		
			60	4. 30645	73,4	80	— 109	1,0		
			65	4. 31012	72,6	85	— 114	0,4		
			70	4. 31375	72,2	90	— 116			
			75	4. 32094	70,8					
			80	4. 32448	70,4					
— 80	4. 19354	+ 95,0	85	4. 32800	69,8					
— 75	4. 19829	94,0	90	4. 33149	69,4					
— 70	4. 20299	92,8	95	4. 33496	68,6					
— 65	4. 20763	92,0	100	4. 33839						
— 60	4. 21223	91,0								
— 55	4. 21678	90,2								
— 50	4. 22129	89,2								
— 45	4. 22575	88,2								
— 40	4. 23016	87,4								
— 35	4. 23453	86,4								
— 30	4. 23885	85,6								
— 25	4. 24313	84,8								
— 20	4. 24737	84,0								

Tab. III.

Tab. IV.

Tab. (I).		D.	1,2000	1454,3	6590	Tab. (III).		
$\alpha_1$	$\beta_1$	+	1,2200	1586,2	6480	$\alpha_3$	$\beta_3$	— 0,2
— 20	7	0,6	1,2400	1715,9	6380	0	26,8	0,2
— 10	13	1,2	1,2600	1843,6	6280	5	26,3	0,2
0	25	2,0	1,2800	1969,3	6180	10	25,1	0,4
5	35	2,4	1,3000	2092,9	6090	15	23,1	0,5
10	47	3,4	1,3200	2214,7	6000	20	20,5	0,7
15	64	4,6	1,3400	2334,7	5910	25	17,2	0,8
20	87	5,6	1,3600	2453,0	5820	30	13,4	0,9
25	115	7,6	1,3800	2569,5	5750	35	9,1	0,9
30	153	9,8	1,4000	2684,5	5640	40	4,6	0,9
35	202	12,6	1,4200	2819,2	5420	45	0,0	0,9
40	265	15,8	1,4400	3181,7	5300	50	— 4,6	0,9
45	344		1,5200	3340,7	5200	55	— 9,1	0,9
Tab. (II).			1,5500	3496,8	5100	60	— 13,4	0,8
			1,5800	3649,9	4990	65	— 17,2	0,7
$\alpha_2$	$\beta_2$		1,6200	3849,6	4870	70	— 20,5	0,5
1,0000	+ 0,0	— 7930	1,6600	4044,3	4750	75	— 23,1	0,4
1,0100	79,3	7860	1,7000	4234,4	4640	80	— 25,1	0,2
1,0200	157,9	7790	1,7400	4420,1	4540	85	— 26,3	0,2
1,0300	235,8	7690	1,7800	4601,6	4440	90	— 26,8	
1,0400	312,7	7640	1,8200	4779,1	4340	Tab. (IV).		
1,0500	389,1	7560	1,8600	4952,7	4250	$\alpha_4$	$\beta_4$	
1,0600	464,7	7490	1,9000	5122,6	4160	0	+ 0,0	+ 0,003
1,0700	539,6	7410	1,9400	5289,0	4080	1000	3,1	0,003
1,0800	613,7	7360	1,9800	5452,2	3990	2000	6,3	0,003
1,0900	687,3	7280	2,0200	5611,8	3920	3000	9,4	0,003
1,1000	760,1	7190	2,0600	5768,6	3840	4000	12,6	0,003
1,1200	903,9	7050	2,1000	5922,2	3760	5000	15,7	0,003
1,1400	1045,0	6940	2,1500	6110,2	3670	6000	18,8	0,003
1,1600	1183,9	6810	2,2000	6293,8	3580	7000	22,0	
1,1800	1320,2	6700	2,2600	6508,9				

Quantitatum quidem  $a_1, b_1 \dots a_1, \beta_1 \dots$  eluc-  
cere videbis sensum ex aequationibus:

$$a_1 = g = 7,$$

$$b_1 = 10000 t = 10000 \cdot \frac{t}{2} \psi,$$

$$a_2 = g + g' + 100 \left( \frac{t}{b} + \frac{t'}{b'} \right) + 1,5 L \cdot \left( \frac{b}{b'} \right),$$

$$b_2 = L \cdot \left( 18362,3 (t + 0,00187032 (g + g' + 100 \left( \frac{t}{b} + \frac{t'}{b'} \right) + 1,5 L \cdot \left( \frac{b}{b'} \right)))) \right),$$

$$a_3 = \lambda,$$

$$b_3 = 100000 L \cdot (1 + 0,002678 \cos 2\lambda),$$

$$a_4 = h' \psi,$$

$$b_4 = 100000 L \cdot (1 + 0,000000314 h'); \text{ nec non:}$$

$$a_1 = g = 7,$$

$$\beta_1 = 10000 t = 10000 \cdot \frac{t}{2} \psi,$$

$$\alpha_2 =$$

- 
- q) Elevationem  $h'$  stationis inferioris supra libellam maris,  
quæ in plerisque casibus proxime tantum estimari pos-  
test, exacte etiam satis computari posse observamus per  
formulam:

$$h' = 18362,3 \cdot (1 + 0,00374 g) \cdot (1 + 0,18 (1,88150 - L \cdot b)) \cdot \\ (1,88150 - L \cdot b);$$

cujus in constructione altitudo Barometri media ad super-  
ficiem maris =  $om, 7612$  (proprie ad calorem  $0^\circ$ ), nec non  
altitudo verticalis, qua uno mutatur gradu Centes. tempe-  
ratura aëris, =  $190m$ , positæ sunt.

$$\alpha_2 = \frac{b}{b'},$$

$$\beta_2 = 18362,3 L \cdot \left( \frac{b}{b'} \right) \cdot \left( 1 + 0,00287 L \cdot \left( \frac{b}{b'} \right) \right),$$

$$\alpha_3 = \lambda,$$

$$\beta_3 = 10000 \cdot 0,002678 \cos 2\lambda,$$

$$\alpha_4 = h',$$

$$\beta_4 = 10000 \cdot 0,000000314 h' r).$$

Quod si metris exprimi Gallicis nolueris altitudinem quæsitam, ad alias facilime institui posse reductionem mensuras perspicitur: sic in pedibus e. gr. Svecicis ipsam determinabis  $h$ , multiplicando resultata tabellarum præcedentium per 3,3681, sive augendo eorum Logarithmos per 0,52739; sicque porro. Ceterum, quantumvis habeantur breves quas jam proposuimus tabellæ, interpolationes tamen

r) Computationem tabellarum quattuor posteriorum transformationem respicere notandum est formulæ 1. ostræ (5, sequentem:

$$h = (1 + 0,00187 \cdot (g + g' + 100 \left( \frac{t}{b} + \frac{t'}{b'} \right))) + 0,002678 \cos 2\lambda \\ + 0,000000314 h') \cdot (18362,3 L \cdot \left( \frac{b}{b'} \right)) \cdot (1 + 0,00287 L \cdot \left( \frac{b}{b'} \right)) \\ - 1,47 (s - s');$$

quæ, vel in extremis etiam casibus, a primitivo ejusdem formulæ valore parte vix  $\frac{1}{300}$  differre potest.

tamen in iis instituendas pro altissimis etiam montibus errorem unius metri Gallici in determinacione altitudinis numquam efficere posse, observandum probe est: ad quem quidem interpolandi laborem reddendum faciliorem, in columnis signo *D.* notatis differentias unitatibus Argumentorum debitas adferre ceteroquin visum fuit.

Usus quidem tabellarum saepius memoratarum per exemplum sequens, quo plenum exhibuimus calculum, vel neglegitâ ulteriori explicatione abunde illustrabitur.

$$b = 0^m,7341, \quad s = 23,^{\circ} \quad g = 21,^{\circ}5 \quad b' = 0^m,4173, \quad s' = 1^{\circ}, \quad g' = 0^{\circ},4 \\ \lambda = 57^{\circ},2, \quad h' = 410^m.$$

$$\text{T. I. Arg. } g = 95 \quad L . b = \overline{1,86576}$$

$$\text{T. I. A. } g' = 26 \quad L . b' = \overline{1,62045}$$

$$\frac{100t}{b} = \frac{95}{73} = 1,3 \quad 8(s - s') = \overline{0,24531}$$

$$\frac{100t'}{b'} = \frac{26}{42} = 0,6 \quad \alpha = \overline{0,24355}$$

$$L . \alpha = \overline{1,38659}$$

$$g = 21,5 \quad \text{T. II. A. } \beta = 4,28315$$

$$g' = 0,4 \quad \text{T. III. A. } \lambda = -48$$

$$1,5 L . \left( \frac{b}{b'} \right) = \frac{0,4}{0,4} \quad \text{T. IV. A. } h' = +6$$

$$\beta = +\overline{24,2} \quad L . h = \overline{3,66932}$$

$$h = 4670^m,0.$$

**T. (I).**

$$\begin{aligned}
 \text{T. (I). } A.g &= 95 & \frac{b}{b'} &= 1,7592 \\
 \frac{100t}{b} &= \frac{95}{73} = 1,3 & \text{T. (II). } A.\frac{b}{b'} &= 4507,3 \\
 \frac{100t'}{b'} &= \frac{26}{42} = 0,6 & 1,47(s-s') &= \frac{32,3}{4475,0} \\
 g &= 21,5 & + \frac{435 \cdot 4475}{10000} &= \frac{194,7}{4669^m,7} \\
 g' &= 0,4 & h &= 4669^m,7 \\
 &+ 23,8 & \\
 23,8 \cdot 18,7 &= 445,1 & \\
 \text{T. (III). } A.\lambda &= -11,1 & \\
 \text{T. (IV). } A.h' &= +1,2 & \\
 &435,2 &
 \end{aligned}$$

Directe per formulam (5) institutum calculum (adhibitâque simul, quantâ fieri possit adcuratione, ipsâ directe formulâ (6), unde prodit  $\beta = + 24,175$ ) præbere observamus  $h = 4669^m,7$ : sumtâ autem, ut antea,  $\beta = + 24,2$ , per formulam ipsam (5) invenitur  $h = 4669^m,9$ .

Ex quo quidem appareat exemplo, quantâ jam simplicitate observationes computari possunt hypsometricæ, omni tamen, qui exigi jure possit, adhibito rigore theoretico (præsertim quidem si tabellis utamur quatuor prioribus, quorum scil. adcuratior merito habendus est usus, tam ob majorem inter-

interpolationum exactitudinem, quam quia formā nītuntur non mutatā expressionis nostrae (5)).

### §. VII.

Comparationem denique quamdam quod attinet valorum formulæ nostræ (5) resultatorumque geometricorum, pro determinatis tam barometrice quam geometricice altitudinibus, qualem plerumque proponere solent Auctores præsens tractantes argumentum, eam certe hoc loco minoris habendam esse momenti credimus, cum perspiciatur quidem absque negotio expressionem ipsam (5) a notissimā illā, quam proposuit Cel. *Laplace*, plerisque in casibus parum sane discrepare, reque etiam in genere consideratā, notabiles omnino numquam evitari queant differentiæ mensurationes inter barometricas atque geometricas, si vel utræque exactitudine perfici possent mathematicā, ob magnū scil. hypothesium numerum reapse numquam accurate obtinentium, quibus nitatur semper necesse est ipsa theoria. Ne omnia vero prorsus huc spectantia desint data, sequentia tamen subjungere non pigebit resultata observationum quarundam celebriorum (facta utique harum 1:a in *Dole* anno 1764 a Dom. *Deluc*, 2:a in *Snowdon* a. 1775 a *Roy*, 3:a in *Saleve* a. 1775 a *Schuckburgh*, 4:a in *Montblanc* a. 1787 a *de Saussure*, 5:a in *Pic de Midi* a. 1803 a *Ramond*, 6:a ad *Harz* a. 1805 ab *Héron*

G

de

*de Villefosse* atque *7:a in Monte Gregorio* a. 1809  
a *d'Aubuisson* s)), ubi ipsas quidem *b* & *b'* polli-  
cibus exprimi Gallicis notandum est.

N.	<i>b</i>	<i>s</i>	<i>g</i>	<i>b'</i>	<i>s'</i>	<i>g'</i>	$\lambda$	<i>h'</i>	Per Form. (5)	Per Form. Lapl.	Per Mens. Geom.
1	26 <sup>p</sup> , 922	21°, 7	22°, 8	23 <sup>p</sup> , 116	14°, 3	13°, 3	46°	400 <sup>m</sup>	1291 <sup>m</sup>	1293 <sup>m</sup>	1283 <sup>m</sup>
2	28, 127	16, 9	16, 7	24, 661	8, 1	7, 8	53	0	1086	1087	1084
3	26, 643	22, 3	23, 3	24, 126	25, 6	18, 3	46	500	863	864	863
4	27, 260	24, 0	28, 2	16, 022	1, 5	-2, 9	46	400	4425	4426	4412
5	27, 173	18, 6	19, 1	19, 845	9, 7	4, 0	43	300	2611	2613	2613
6	27, 442	0, 0	5, 0	26, 950	0, 0	1, 9	52	300	146	146	142
7	27, 842	18, 4	17, 9	22, 719	12, 9	12, 5	45	200	1711	1714	1708

Differentias quidem resultata inter barometri-  
ca atqne geometrica in genere non maiores depre-  
hendimus, quam ut, ipsa salvâ theoriâ, pluribus  
explicari modis queant. N:os quidem 1, 4 & 6  
paullo maiores præbere aberrationes negari non  
potest: eas vero ipsis potius observationibus quam  
theo-

---

s) *Dole, Snowdon, Saleve*: vide Philos. Transact. Vol. LXVII,  
p. 783, 779, 529. *Montblanc*: Gilb. Annalen B. XXXIX,  
p. 453. *Pic de Midi*: Journal de Physique, de Chimie,  
d'Histoire Naturelle et des Arts, par J. C. Delametherie,  
T. LX, p. 283. *Harz, Monte Gregorio*: Gilb. Ann.  
B. XXVIII, p. 70; B. XXXIX, p. 455.

theoriæ imputandas esse, vel peculiaribus ex rationib⁹ probari potest. Infinitas ceterum eundum non est, mensurationes altitudinum barometricas atque geometricas aptissimas omnino esse posse ad idonea de ipsa theoriæ exactitudine ferenda judicia: quo hunc autem præstare queant tales observatio-nes usum, non solum omnibus faventibus circumstantiis, nec adcuratione sane vulgari, sed in altissimis etiam instituendas eas esse montibus, plures ob caussas arbitramur; cuiusmodi tamen adhuc ob-servationibus penitus fere nos carere, negandum non est. Pro altitudine quidem satis magnâ *Mont-blanc*, aliisque quibusdam non contempnendis, tam barometricas quam geometricas non deesse mensu-ras concedimus: præterquam autem, quod istæ in genere omnibus immunes dubiis non habeantur, pro insignioribus etiam adhuc altitudinibus, v. gr. pro *Chimboraco* (6000 circiter metror.), vel ipsis etiam excelsissimis *Dhaibun*, *Dhawala-giri*, &c. (quos uti-que montes in jugo Asiæ australis *Himalaya* sitos, utpote ad 8000 prope metra supra maris libellam assurgentes, reliquos omnes hucusque cognitos al-titudine superare, recentissimæ docent observatio-nes t)), ut exactæ utrâque institui possent ratione men-

---

i) Cfr. *Annals of Philosophy*, by *Thom. Thomson, Arthur Aikin & John Bostock*, Jan. 1818, p. 47 seqq.

mensurationes, theoriæ præsentis *generatim consideratae* præcipue quidem interesset.

*Corrigendum:*

$$\text{P. II, p. 29, lin. 8, pro } + \frac{\Pi - E}{\Pi + E} \cdot \cos 2\lambda', \\ \text{lege: } - \frac{\Pi - E}{\Pi + E} \cdot \cos 2\lambda'.$$